

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Homilia XXXI. Habita ad populum in basilica sancti Laurentij martyris,
Sabbato Quatuor temporum Septembbris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

ergo sunt bona prædicantium, tot sunt ornamenta cælorum. Hinc rursus scriptum est: *Verbo Domini celi firmati sunt.* Verbum enim Domini, Filius est Patris. Sed eosdem cælos, videlicet sanctos Apostolos, ut tota simul sancta Trinitas ostendatur opera, repente de sancti Spiritus divinitate adjungitur:

Et spiritus oris eius omnis virtus eorum. Cælorum ergo virtus de spiritu sumpta est; quia mundi hujus potestibus contraire non præsumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset. Quales namque Doctores sanctæ Ecclesiæ ante adventum hujus Spiritus fuerint scimus, & post adventum illius, cuius fortitudinis facti sint, conspicimus. Certè iste ipse Pastor Ecclesiæ, ad cuius sacratissimum corpus fedemus, quantæ debilitatis, quantæque formidinis ante adventum Spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicit. Una enim mulieris voce perculsus, dum mori timuit, vitam negavit. Et pensandum, quia cum comprehensum Petrus negavit in terra, quem suspensus latro confessus est in cruce. Sed vir iste tantæ formidinis, quasi post adventum Spiritus existat, audiamus. Fit conventus magistratus atque seniūrum, & cæsis denunciatur Apostolus ne in nomine Iesu loqui debeant: Petrus magna auctoritate responderet:

Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et rursus: *Si justus est in conspectu Dei vos potius audi quām Deum iudicare.* Non enim possumus que vidimus & audivimus, non loquimur. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce gaudet Petrus in verberibus, qui ante in verbis timebat. Et qui prius ancillæ voce requisitus timuit, post adventum sancti Spiritus vires principum cæsii premunt. Libet oculos fidei in virtutem opificis hujus attollere, arque sparsim Patres Testamenti novi ac veteris considerare. Ecce apertis eisdem oculis fidei, David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Matthæum intueror, & sanctus iste Spiritus qualis sit artifex, considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharæ cœdum puerum, & psalmistam facit. Implet pastorem armamentarium sycomorus vellicantem, & prophetam facit. Implet abstinentem puerum, & judicem senum facit. Implet pescatorem, & prædicatorem facit. Implet persecutorem, & doctorem gentium facit. Implet publicanum, & Evangelistam facit. O quis est artifex iste Spiritus! Nullâ ad discendum morâ agitur in omne quod voluerit. Mox ut terigerit mentem docet: solumque terigisse, docuisse est. Nam humandum animum subito ut illustrat, immutat: abnegat * hoc repente quod erat, exhibet repente quod non erat. Penitus, sanctos prædicatores nostros quales hodierna die reperit, quales fecit. Certè qui in uno conclavi pro Judæorum metu residencebant, nativitatis sui singuli linguam noverant, & tamen nec cæ ipso lingua quam noverant, aperte Christum loqui præsumebant. Venit Spiritus, & in ore eos per diversitatem linguarum docuit, in mente autem ex auctoritate roboravit. Coeperunt & in aliena Christum eloqui, qui de illo prius & in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor delpxit tormenta corporis, quæ ante metuebat: vicit vim carnalis formidinis præ amore conditoris. Et qui prius suis adversariis succumbebant formidine, eis jam prærant auctoritate. Qui ergo in tanto eos celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim, nisi quod mentes terrenorum hominum cælos fecit? Pensate, fratres charissimi, post incarnationem unigeniti Filii Dei qualis fit hodierna solemnitas de adventu Spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque & haec est honorabilis. In illa quippe Deus in se permanens suscepit hominem: in ista vero homines venientem desuper suscepserunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo: in ista homines facti sunt per adoptionem dī. Si ergo remane-

Matt. 26. 8

Luc. 23. 8

Act. 5. c

B.B. 4. d

Ad. 5. d

1. Reg. 16.

Amos 7. 2

Dan. 13. b

Matt. 4. 4

Act. 9. c

Luc. 5. b

* al. hunc

2. B. 2.

E
re carnales in morte nolumus, hunc, fratres charissimi, vivificantem Spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescit, dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere valeo, quem ignoro? Hoc & nos concedimus: quia mens visibilis intenta, videre nescit invisibilem. Nulla enim nisi visibilis cogitat, eaque & cum non agit, eorum imagines introrsus trahit: dumque in imaginibus corporeis jacet, surgere ad incorpoream non valet. Unde fit, ut tantò deterius creatorem nesciat, quantum in cogitatione sua familiarius corporalem creaturam portat. Sed cum Deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde iter fiat, quo ad eum nostræ intelligentiae oculis veniat. Certè quem in se videre nullo modo valemus, hunc in servis suis videre jam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit in eorum membris Deum habitare. In re autem incorpoream à rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem, in sphæram illius intendendo, valet conspicere; quia tensi in ejus radiis oculi reverberantur: sed sole illustratos montes aperimus, & quia jam sol ortus est videmus. Quia ergo solem justitiae in seipso videre non possumus, illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videlicet Apostolos, qui virtutibus emicant, miraculis corscant: quos nati solis claritas perfudit, & cum in seipso sit invisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem præbuit. Virtus enim divinitatis in se, quasi sol in cælo est: virtus divinitatis hominibus, sol in terra. Solem ergo justitiae in tueamur in terra, quem videre non possumus in cælo: ut dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intuendum illum quandoque oculos in cælum levemus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si Deus ac proximus integra mente diligatur. Nec enim Deus verè sine proximo, nec proximus verè diligatur sine Deo. Hinc est, quod, sicut in alio sermone jam diximus, idem Spiritus secundò legitur discipulis datus, prius à Domino in terra de gente, postmodum à Domino cælo præsidente. In terra quippe datur ut diligatur proximus, è cælo vero ut diligatur Deus. Sed cur prius in terra, postmodum è cælo, nisi quod patienter datur intelligi, quia juxta Joannis vocem, qui fratrem suum non diligit quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Diligamus ergo proximum, fratres, amemus cum qui juxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius, qui super nos est. Medietur mens in proximo, quod exhibeat Deo; ut perfectè mereatur in Deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam supernæ frequentiæ latitiam perveniemus, de qua nunc sancti Spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus, in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum civium societas sancta: ibi solemnitatis certa: ibi requies secura: ibi pax vera, quæ nobis jam non relinquitur, sed datur per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

E

Lectione sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis si militudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa, & non invenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in vinea hac, & non invenio. Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte il-

lam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam copinum stercoris. Et si quidem fecerit fructum: sic autem, in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, qua habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocavit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et impoñuit illi manus: & confessim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens, autem archisynagogus, indignans quia sabbato curvasset Iesus, dicebat turba: Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo veniente & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocrita, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asinum a praesepio, & dicit ad aquare? Hanc autem filiam Abrahe quam alligavit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati? Et cum hac diceret, erubescabant omnes adversarii ejus. Et omnis populus gaudebat in universis, que gloriouse siebant ab eo.

¶ HOMILIA XXXI.

* al. B. Petri Habita ad populum in basilica * sancti Laurentij martyris, Sabbato Quatuor temporum Septembri.

Dominus & Redemptor noster per Evangelium Iuuum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur: aliquando aliud verbis, atque aliud rebus: aliquando autem hoc verbis, quod rebus. Duas etenim res ex Evangelio, fratres audistis, fculneam infructuosam, & mulierem curvam: & utrique rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat fculnea infructuosa, quod mulier inclinata: & hoc fculnea reservata, quod mulier erecta. Dominus vinea tertio venit ad fculneam, & fructum minime invenit: & mulier quae erecta est, decem & octo annis fuerat curva. Hoc autem decem & octo annorum numero signatur, quod tertio dominus vinea ad fculneam infructuosam venisse perhibetur. Quia ergo præmitendo summatim cuncta perstrinximus, jam per lectionis ordinem singula disceramus. [Arbor fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa, & non invenit.] Quid arbor fici, nisi humanam naturam designat? Quid mulier inclinata, nisi eandem naturam significando denunciat? Quæ & bene plantata est sicut ficus, & bene * creata sicut mulier: sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum servat operationis, neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens, quia fructum obedientia ferre noluit, statum rectitudinis amisit. Quæ ad Dei similitudinem condita, dum in sua dignitate non persistit, quod plantata vel creatura fuerat, servare contemptit. Tertio dominus vinea ad fculneam venit: quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia, expectando, admonendo, visitando requisivit. [Dixit autem ad cultorem vinea: Ecce anni tres sunt, ex quo venio fructum querens in fculnea hac, & non invenio.] Venit ante legem; quia per naturalem intellectum

S. Greg. Tom. I.

quid uniusquisque exemplo sui, qualiter erga proximum agere debuisset, innovavit. Venit in lege; quia præcipiendo docuit. Venit post legem per gratiam; quia pietatis sue præsentiam exhibendo monstravit. Sed tamen in tribus annis fructum se non invenisse conqueritur: quia quorundam pravorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec præcepta erudiant, nec incarnationis ejus miracula convertunt. Quid vero per cultorem vineæ, nisi præpositorū ordo exprimitur? Qui dum presunt Ecclesiae, nimirum Dominicæ vineæ curam gerunt. Hujus enim vineæ primus cultor Petrus Apostolus extitit. Hunc nos indigni sequimur, in quantum pro eruditione vestra, docendo, deprecando, increpando laboramus. Sed cum magno jam timore audiendum est quod cultori vineæ in fructuosa arbores dicuntur: [Suicide illam, ut quid etiam terram occupat?] Uniusquisque juxta modum suum, in quantum locum vitæ præsens tenet, si fructum bonæ operationis non exhibet, velut infructuosa arbor terram occupat: quia in eo loco in quo ipse est, & aliis operandi occasione negat. Sed in hoc seculo potens quilibet si fructum non habet operationis bona, etiam impedimentum præstas ceteris: quia quicumque sub ipsa sunt, exemplo pravitatis illius, quasi umbra perveritatis ejus prementur. Stat desuper arbor infructuosa, & subtus terra steriles jacet. Infructuosa arboris defupex umbra densatur, & solis radius ad terram descendere nequaquam permittitur: quia dum subiecti quilibet, patroni perversi perversa exempla conspicunt, ipsi quoque infructuosi remanentes, veritatis lumine privantur. Et pressi umbrâ, calorem solis non accipiunt: quia inde remanent à Deo frigidii, unde in hoc seculo male proteguntur. Sed de hoc perverso quilibet & potente pæne jam requisito Deo non est. Postquam enim se perdidit, quærendum solummodo est, cur & alios premat. Unde bene ejusdem vineæ dominus dicit: [Vi quid etiam terram occupat?] Terram quippe occupat, qui mentes alienas gravat: terram occupat, qui locum quem tenet, in bonis operibus non exercet. Sed tamen nostrum est pro talibus deprecari. Nam cultor vineæ quid dicat, audiamus: [Domine, dimite illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam.] Quid est circa fculneam fodere, nisi infructuolas mentes increpare? Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatione dum mentem sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergo aliquem de peccato suo corripimus, quasi ex cultore debito circa infructuosam arborem fodimus, Post foctionem vero quid dicatur, audiamus. [Et ^{August. in p. 82. d} mittam copinum stercoris.] Quid est copinus stercoris, nisi memoria peccatorum? Peccata etenim carnis, stercora vocantur. Unde & per Prophetam dicitur: Compuruerunt iumenta in stercore suo. Ju- 100. 1. d menta quippe in stercore suo computrescere, est carnales quoque in factore luxuriae vitam finire. Nos itaque quoties carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad ejus memoriam vitia antea deductum, quasi infructuosa arbori copinum stercoris versamus: ut malorum quæ egit, memoriam recolat, & ad compunctionis gratiam quasi de factore pinguecat. Mittitur ergo copinus stercoris ad rāE dicentis arboris, quando pravitas sue conscientia tangitur memoria cogitationis. Cumque se per peccatum ad lamenta mens excitat, & ad bonæ operationis gratiam reformat, quasi per tactum stercoris reddit ad fecunditatem operis radix cordis: plangit quod fecisse se meminit: displicet sibi qualis fuisse se recolit: intentionem contra se dirigit, atque ad meliora animum accedit. Ex factore ergo ad fructum reviviscit arbor: quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique qui increpationes audiunt, & tamen ad peccantem redire contemnunt, & infructuosi Deo, in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quid

Z Z Z z ii

ficulnea cultor adjungat: [Si quidem feceris fructum: fin autem, in futurum succides eam.] quia profecto qui hic non vult ad fecunditatem pingueleere per interpretationem, illic caderet unde jam resurgere per penitentiam non valet: & in futurum succidetur, quamvis hic sine fructu viridis stare videatur. [Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quia habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo.] Paulus autem jam diximus, quia hoc erat trinus adventus domini ad infructuosam ficulneam, quod decem & octo annorum numerus ad curvam mulierem signat. Sexto enim die homo factus est, atque eodem sexto die opera Domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonum duetus, decem & octo facit. Quia ergo homo qui sexta die factus est, perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoantis gratia infirmus extitit, decem & octo annis curva mulier fuit. [Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.] Omnis peccator terrena cogitans, celestis non requirens, sursum respicere non valet: quia dum desideria inferiora sequitur, à mentis sua rectitudine curvatur: & hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra, fratres charissimi, redite: quid horis omnibus in cogitationibus vestris volvatis, semper aspicite. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de prædiorum ambitu cogitat. Hec cuncta in imo sunt, & quando mens talibus implicatur, ab status sui rectitudine flebitur. Et quia ad celeste desiderium non assurgit, quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest. Sequitur: [Hanc cum vidisset Iesus, vocavit ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et impausi illi manum, & confestim erecta est.] Vocavit, & crexit; quia illuminavit & adjuvit. Vocat, sed non erigit, quando quidem per eum gratiam illuminarum, sed exigentibus nostris meritis adjuvari non possumus. Plerumque enim videmus quæ agenda sunt, sed opere non implemus. Nitimus, & infirmamur. Mentis judicium restitutidinem conficit, sed ad hanc operis fortitudine succumbit: quia nimis jam de pœna peccati est, ut ex dono quidem possit bonum consipisci, sed tamen ab eo quod aspicitur, contingat per meritum repelliri. Ufita etenim culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & labitur: quia ubi sponte diu perficit, ibi & cum noluerit, coacta cadit. Bene de hac nostra incurvatione ex typo humani generis per Psalmistam dicitur: Incurvatus sum & humiliatus sum usquequaque. Contemplatus namque, quod ad supernam lucem intundant homo conditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus, mentis suæ tenebras portat, superna non appetit, infimis intendit, celestia nequaquam desiderat, terrena semper in animo versat: & hoc quod de suo genere doluit, in se ipso exclamavit, dicens: Incurvatus sum & humiliatus sum usquequaque. Contemplationem namque celestium perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, incurvatus & humiliatus esset, sed tamen usquequaque non esset. Quem ergo a supernis cogitationibus non solus necessitas dejicit, sed etiam voluptas illuc sternit, non solum incurvatus, sed usquequaque incurvatus est. Hinc alius Prophetæ de immundis spiritibus dicit: Qui dixerunt anima tua, incurvare ut transeamus. Recta quippe stat anima quum superna desiderat, & nequaquam flebitur ad anima. Sed maligni spiritus quum hanc in sua rectitudine stare consipiunt, per eam transire non possunt. Transire namque eorum, est immunda illi desideria spargere. Dicunt ergo, Incurvare ut transeamus: quia si ipsa se ad ima appetenda non dejicit, contra hanc illorum perversitas nullatenus convalescit: & transire per eam nequeunt, quam contra se rigidam in superna intentione pertimescent.

Gen. 2.4


Psal. 37.

Isa. 51.8

A Nos ergo, fratres charissimi, nos viam malignis in nobis spiritibus damus, cum terrena concupiscimus, cum ad temporalia appetenda curvamur. Pudeat ergo terrena concupiscere, & dorsa mentium ascendentibus adversarii præbere. Terram semper intuetur qui curvus est: & quo præmio sit redemptus, non meminit qui ima querit. Hinc etiam per Moysen dicitur, ut qui gibbo premitur, nequam ad sacerdotum provehatur. Et quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra ejusdem summi sacerdotis efficiuntur. Unde & nobis per Petrum dicitur: Vos autem genni electum, regale sacerdotiorum. Sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur. A sacerdotio ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas non habent, ab eis fidelis populi prohibentur, Pisces quippe qui pennulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo pennatis pisces nisi electæ animæ figurantur? Quæ profecti soli in caelestis Ecclesiæ corpus transeunt, que Ezecl. hom. modò virtutum pennulis fultæ, saltus dare per celestes desiderium sciunt, ut superna per contemplationem appetant, quamvis in seipsis iterum ex mortali carne relabuntur. Si ergo jam bona caelestis patriæ agnoscimus, dispiceat nobis, fratres charissimi, quod curvi sumus. Ponatur ante oculos mulier curva, & arbor fructuosa. Reminiscamur malorum quæ fecimus, mittamus ad radicem cordis, cophinum stercoris, ut tunc in retributionis fructu pinguebeat, quod nobis hic per penitentiam factum est. Et si virtutum summa operari non possumus, ipse Deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim justitia inchoatione ei placebimus, qui iusta quæ fecimus, punimus. Nec mora erit in flentibus: quia tergent ciuius tranfuentes lacrymas mansura gaudia, Per Dominum nostrum Jesum Christum, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Lectione sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: cap. 9. c Si quis vult post me venire, abneget se metipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: & qui perdidit animam suam propter me, salvam eam faciet. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, se autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. Dico autem vobis verè: Sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.



HOMILIA XXII.

Habita ad populum in basilica Sanctorum Procesii & Martiniani, die natalis eorum.

Quia Dominus ac Redemptor noster novus homo ^{* hoc paulus} venit in mundum, nova præcepta dedit mundo. Vitæ etenim nostra veteri in vitiis enutrītæ, contrarietatem opposuit novitatis suæ. * Quid enim ^{alter haec} carnalis homo noverat, nisi sua retinere, ^{bentur} rūsum, quid carnalis homo noverat, nisi sua retinere,